

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 8462

**Auteur(s) :** Robert, Northampton, Saint-André (prieur)

**Bénéficiaire(s) :** Christian, Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1176

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Transaction entre l'abbé d'Aunay et le prieur de Northampton

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Le Hardy Gaston, *Étude sur la baronnie et l'abbaye d'Aunay-sur-Odon*, Caen, H. Delesques, 1897, Pièces, n° 5, p. 259-260.

Texte d'après a

Universis Sæ Matris Ecclesiæ filiis Robertus prior Sti Andree de Northampton, et universa ejusdem loci congregatio, salutem et æternæ suavitatis esurire dulcedine. Noverit presentis et futuræ generationis pia universitas inter nos et Xristianum abbatem de Alneto, et venerabilem ejusdem loci conventum, anno ab incarnatione domini Mo Co LXXc VIo quandam conventionem factam extitisse quæ hoc modo in subsequenti annotatione continetur. – Robertus Prior Sti Andree de Northampton et totius ejusdem loci conventus concesserunt monachis de Alneto duas partes decimationis de dominio Ælleb. quas monasterium Sti Andree a diebus antiquis canonice possidebat, tali conditione quod monachi de Alneto, monachis de Northampton VI summas frumenti vento et cribro mundatas annua pensione in perpetuum persolvent. Ipsas autem VI summas annuatim recipient monachi de Northampton apud præfatam Ælleb. in horreo monachorum de Alneto infra octavas Sti Michaël mensuratas, ad magnam mensuram Regis Northampton habitam tempore hujus conventionis inter prefatos monachos constitutæ. Ut autem hæc conventio inconcussa et illibata in perpetuum perseveret, ipsam hinc et inde ad invicem litterarum beneficio commendavimus, sigillis nostris communivimus, et subjectarum personarum testimonio corroboravimus, et maxime VI sacerdotum quorum tres pro una parte, et tres pro altera, super hac conventione tenenda cautionem fide interposita prestiterunt. Quorum sacerdotum nomina sunt hæc : Joseph et Willelmus ejus vicarius. – Rich. de Sto Michale. – Willelmus de Ailleb. – Daniel de Siwelle. – Willus de Willeb. et aliorum nomina sunt hæc : Hugo Ridel decanus. – Alexander de Cranelle decanus. – Johannes de Sto Petro. – Magister Alexander. – Simon filius Widonis.